

ing

inter

recant. manu

Desiste c. ~~manu~~

add. in marg. rent Desisterent.

filig

U. reg. filig del.

+ f. CCLXV^a

marthion

Ornitale o.

Opportunitate o. (un. p. cor. -
tate)

deberent insinuari. Adher marthio inquit,
licet nihil mali suspicaretur, tamen ma-
davit, ut in crastinum ~~ad~~ redirent, et sic illa
vite vice eorum propositum fuit impediri.
Verum alii eorum complices omnino certi
quod illi non desisterent, quin facinus concip-
tum, ut promiserant, perpetrarent, in
Liptzk mane venientes marthionem mortuum
divulgaverunt, civibus civitatem marthionis
et Henrico eius filio parvulo dixerunt con-
servandam, et facta est coniuratio valida
multique additi sunt ad eos, omnes autem
fideles marthionis turbati sunt ipsorum
mortuum audientes. Sed postquam con-
versum est, eum vivere, illique Liptzk se
reperant, exercitum quadringentorum arm-
torum congregantes duobus annis marthionem
cum suis, ut adversarios et hostes publicos
rapinis, incendiis molestabant. Divorsis au-
tem placitis infra duos annos habitis, tandem
promissis iuramentis, fideiussoribus ac
aliis cautionibus quibuscumque, quicquid
marthionis adversarii exigere volebant, ipsi
facere cogebantur. Hac necessitate, quia civi-
tatem Liptzk vel imperatori Ottom vel
archiepiscopo Magdeburgensi aut aliis ad-
versariis marthionis, qui pro tunc multi
erant, tradere disponebant. Promissa igitur
illis et omnibus eorum complicitibus indem-
nitate, Liptzk reddita est marthioni
1100^o xviii, et quia predicti adversarii marthio-
nis civitatem Liptzkensem absque voluntate
civium et connivencia nequaquam occu-
pare biennio possunt, marthio vires
exorsus et hoc habuit et post hoc paululum
oportunitate ^{et} ~~factus~~ ^{naetus} Fredericus, qui imper-
in regem Romanorum electus contra Ottomem in
Almaniam procedens, de eo mirifice trium-
phaverat, secum in civitatem Liptzkensem cum